



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 00079/2026-1227/25/I

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi specialissimo modo tributarum a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Leone Divina Providentia Papa XIV, Ministro fidei ac laetitiae nostrae, Excellentissimo ac Reverendissimo Patri Domino Christophoro Iacobo Wętkowski, Episcopo Vladislaviensi, benigne concedit ut, occasione sollemnium in honorem Sancti Patroni Bogumili celebrationum, die pro fidelium utilitate eligendo, post litatum divinum Sacrificium, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et Oratione ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope communicationis instrumentorum propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XIII mensis Ianuarii, anno Domini MMXXVI.

De mandato Em.mi

+ Christophorus Iosephus Nytiel
Episcopus tit. Velicensis, *Repens*

Adrian S. Rajan
Officialis